Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster

rubum ardentem et flammis inconsumptum et deos de rubo
sibi alloquentem est maius et pulchrum monasterium
constructum plumbo coopertum et portis ferreis mu
nitum et propter omnia bene firmatum in quo sunt plures
quam quadringenti monachi greci et georgiani
ac arabes talia et conversi non tamen continue sunt ibi sed hinc
inde per negocia monasterii dispersi et laborant in
maximis laboribus corporum et peregrinorum utilitati acquirunt
et peregrinis fidelissime ministrant et multum devote
strictissime et castissime vivunt archiepiscopo eorum
et prelatis humiliter obedientes sunt et iuste in omnibus
et per omnia vivunt et vinum raro nisi in festivis
festis bibunt carnes numquam comedunt sed oleribus
fabis dactilis et huiusmodi herbis cum aqua aceto
et sale in coquino refectoria absque in mensali resi
tuunt divinum officium more ritu eorum devotissime
faciunt die nocteque et per omnia vita sancti antho
nii ducunt Comisit vos et longa maximis laboribus
in montibus carbones ardentes et dactiles de he
lhim in maxima quantitate cum camelis et bestiis
in babiloniam deportant et vendunt et ibidem
cum amicatoribus et iam ibi degentibus et vi
ventibus maxime elemosine et dona largiuntur na
aliter tot homines in loco inhabitabili si non posset